THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT

Entstehungsort unbstimmt, 15. Jh.

Seite 57v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31296
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



Et si tua deficit consolatio sit in tua voluntas et iusta prolatio pro summo solatio
Non enim in perpetuum irascetur neque retinebit comminabitur.

xvij

Et ecce solicitudo in deo statuenda
Fili mi. permitte me tecum agere quod volo, ego scio quid expedit tibi
Tu cogitas sicut homo. tu sentis in multis sicut humanus suadet affectus. Domine verum quod dicis, maior est tua solicitudo pro me quam omnis cura quam ego gerere possum pro me. Minus enim casualiter stat quo pietas omnes solicitudines tua in te ducit, dum modo voluntas mea firma et vera ad te permaneat, fac de me quicquid tibi placuerit. Non potest esse nisi bonum quicquid de me feceris. Si me vis esse in tenebris sis benedictus, et si me vis esse in luce sis iterum benedictus, si me dignaris consolari sis benedictus, et si me vis tribulari sis eque benedictus. Fili sic oportet te mecum stare. si mecum desideras ambulare.
Ita paratus debes esse ad patiendum sicut ad gaudendum. Ita libenter debes esse inops et pauper sicut plenus et dives.
Dum libenter patiar pro te quicquid venire volueris super me. Indifferenter volo de manu tua bonum et malum. dulce et amarum. letum et